

14250
DISPUTATIO INAUGURALIS
DE

1677.6
6
PETITIONE
RENOVATIONIS
INVESTITURÆ,

Vulgo
Von der

Lehns-Simmung oder Lehn-Neuthung/

QVAM
FAUENTE DEO,

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS DECRETO & AUTORITATE,

In
Antiquissimâ, nunc reslorescente Electorali Universitate HIERANA.

JOHANNES Reusing /
GRIMA - MISN.

Pro

SUMMIS IN UTROQ; JURE HONORIBUS

ac PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS ritè consequendis

IN COLLEGIO COELICO BASILICÆ MARIANÆ CONTIGUO

Die 21. (31.) Maji horis consuetis

Publico ERUDITORUM Examine

Submittit

RESPONDENTE

CHRISTIANO Köslau /
MARTISB.

ERFURTI, Typis KIRSCHIANIS.
M. DC. LXXVII.

10. 10. 16

V I R O

ADMODUM REVERENDO, EXCELLENTIS-
SIMO, AMPLISSIMOQUE,

DOMINO

JOHANNI Schützen /

SS. THEOL. BACCAL. UT ET E-
LECTOR. SAXON. GYMNASII,
QUOD GRIMMÆ APUD MULDAM
EST, PRÆSIDI LONGE DI-
GNISSIMO, &c.

DOMINO SUO PATRONO, DOCTORIQUE
QUONDAM OPTIMO, MAXIMO,

Inauguralem hanc Disputationem

*In signum debite gratitudinis
observantiaque*

officiosissime

D. D. D.

JOHANNES Neusing



Faustis DIVINI NUMINIS auspiciis!

AD

LECTOREM BENEVOLUM ET AMICUM.

PRÆFAMEN.

SEx, & quod excurrit, elapsi sunt anni, cum in almâ ac illustri Legum latorum Matre & nutrice, Philurêa, Specimen aliquod Juridicam inter alia exercitia de JURE SIBI DICUNDO, pro ingenii tenuitate, & quantum per ætatis lubricum licuit, luci tradiderim publicè. Itaq; cum jam in vicem Disputationis Solennis & Inauguralis trahendum fuerit quoddam argumentum, & quidem ad Illius jussum atq; decretum, cujus mihi sancta semper persona videri debet, secundum essatum *ULPIANI in l. 9. ff. de obseq. par. & patr. prest.* cujusque refragari voluntati fas non est *l. ult. C. eod.* Quique jussus mihi semper pro imperio, & quem sine pietatis violatione transgredi nunquam possum, diu diversis ac variis cogitationum quasi fluctibus, & veluti marinò quodam æstu agitatus fui, quamnam materiam ex tam lato Juris Civilis Oceano seligerem; Tandem fuit animus, cum jam aliquam Juris Privati scripti tractaverim, nunc aliam ex Jure non scripto, id est, ex Consuetudinibus Feudalibus discutere, præsertim cum hæc materia in Foro haud infrequens existat praticarique soleat. Quod si igitur præsentì huic materiæ non in omnibus ex æquo satisfecerim, B. L. haud malè interpretetur, sed credat, impossibile esse,

A 2

esse,

esse, in tanta mentium humanarum diversitate cuncta ad omnium vota & voluntatem fieri posse, Cic. l. 4. *Tusc. quest.* Tu itaque, o æterne Deus, benigniter annue cœptis, feliciter dirige cursum, clementer porrigere metam!

CLASSIS I.

De

ORIGINE Renovationis Investituræ.

TH. I.

NAtales Renovationis Investituræ ad illa cum primis tempora referre videtur, quibus Reges Longobardorum (qui dicuntur sedes habuisse propter eas Albis partes, ubi nunc sunt Magdeburgum, Halberstadtium, & Comitatus Barbyensis, quibus etiam origo Feudorum jure merito adscribitur, de quo vid. BECHM. in *Usu suo pract. Feud. exoter. exerc. 1. ad lib. 1. Feud. Tit. De iis, qui feud. dare poss.*) Ducibus & militibus suis Civitates, Urbes cum territoriis, Agros, Prædia donarunt, dominio supremo & directo sibi reservato; Et hæc quidem precario, ita ut, quocumque tempore revocare vellent, illis fuerit integrum, *1. F. 1. §. 1. 2. F. 31. 2. F. 50.* Et ejusmodi Feuda dicta fuerunt Manualia, quod manu Domini libera conferrentur, atque etiam adimerentur, & in ejusdem libera potestate esset devestire Feudatarios, BALD. *Conf. 10. n. 1.* REINKING. *D. R. S. §. E. lib. 1. Class. 4. cap. 17. n. 1.* Posteriores autem Imperatores, præcipue Caroli Magni Successores, Præsides & Magistratus Provinciarum, reservata sibi fidelitate de Provinciis, quibus illi præerant, investire cœperunt; ita ut beneficia tam Regalem dignitatem annexam habentia, quam alia successione jure delata, quasi perpetuata fuerint, REINKING. *de R. S. §. E. lib. 1. Class. 4. cap. 17. n. 2.* Cum autem hodiè Feudi concessio se porro haud extendat, quam ad illum, cui Feudi possessio ratione gradus prærogativa, nach rechter Sippzahl/ defertur, sequitur, quod ad cæteros investitos, tanquam personale quoddam, quod personam haud transgreditur, sed cum eâ commutari solet, *l. 12. §. 1. l. 14. ff. de Precar. l. 21. ff. de Usur. cap. 7. de R. J. in x.* minimè transferatur;

tur; sed iterum opus habeat de novo, si persona Domini, vel Va-
falli mutata fuerit, Feudi concessionem à Domino supplicando
impetrare, *Lehn-Recht cap. 32. MATTH. COLER. P. 1. Decis. 83.*
n. 1. MOBEST. PISTOR. Vol. 2. Cons. 40. n. 20. § 40. SCHULZ. cap.
9. n. 81. ROSENTHAL. cap. 6. Concl. 29. n. 10. & Dn. STRUV. Syn-
tagm. Juris Feud. cap. 10. aph. 1. n. 2.

TH. 7.

Consideratis *ὡς ἐν παρόδῳ* presentis materiae natalibus, ad
ipsius rei definitionem, (quæ teste Facundia Principe CICERONE,
nervus totius tractationis est) ejusque divisionem erit progre-
diendum; Cùm autem Definitio, secundùm Dialecticos, sit vel
Nominalis, vel *Realis*, illam, cum de vocum origine, nec non de
usu ambiguo agat, aliis relinquo, qui talia exputandi otio abun-
dant, mihi fas erit illis valere jussis, ipsius materiae arcem ad ex-
emplum Jctorum ingredi, *secundum SCHNOB. ad ff. Disp. 1. th. 1.*
maximè, cùm in Praxi Disputatio de Definitionibus inutilis vide-
atur *JULIO CLARO lib. 5. recept. sentent. § Practica Criminalis. quest.*
12. n. 1. cap. 2. n. 6. Id interim neminem prætereat velim, ne
affectata singularitatis suspicionem incurram, quod Renovare i-
dem sit, ac de novo petere, *verneuren*. Investituræ autem vo-
cabulum variis accipitur modis: Interdum enim ipsam denotat
Feudi possessionem, *2. F. 2. pr.* nonnunquam scripturam seu in-
strumentum Feudi confectum, *den Lehnbrief / 2. F. 8.* plerumq;
verò & magis propriè ipsum investiendi actum, *2. F. 1. 2. F. 2. pr.*
§ 33. in princ. Germanicè die Belehnung/oder Lehn Empfangnis.

TH. 8.

Cùm igitur, ut in *anteced. Thesi* jam dictum, *ULPIANUS* rei na-
turam potiùs, quàm more Grammatico syllabas intuitus sit, hunc
imitans adgredior ipsam realem definitionem, siquidem nihil in
certamen deduci potest, quin priùs sit definitum, *BOER. in lib. de*
defn. in princ. cap. 1. lib. 1. Offic. in pr. vers. Omnis §c. Varias
autem varii Doctores mihi suppeditarunt definitiones, quarum
sua cuivis pulchra sit, mihi ita concinnata placet: *PETITIO*
Renovationis Investituræ nihil aliud est, quàm suppli-
catio, quâ Vasallus à Domino suscipi, & Feudum sibi
conferri decenter petit.

A 3

TH.

TH. 4.

Dividitur autem Renovatio Investituræ in *Ordinariam*, vel *Extraordinariam*. *Ordinaria* est, quæ fit ob mutationem vel Domini, vel Vasalli, 2. *Feud. 40.* *Extraordinaria* dicitur, quæ non fit ob mutationem, sed vel ad Domini requisitionem, vel certis annis præterlapsis, & hoc vel ex speciali consuetudine, vel ex singulari conventionione, ANTHON. GODOFR. *Disp. Feud. 8. th. 2.*

CLASSIS II.

De

CAUSSA EFFICIENTE.

TH. 1.

CAUSSA EFFICIENS, quæ efficit, ut Renovatio Investituræ de nova peti debeat, est non tam Mors, quæ in utraque persona, Domini scilicet & Vasalli contingit, quàm Alienatio, ad quam referuntur variae species, scilicet Divisio, Emptio-Venditio, Refutatio &c. Generaliter: quodcumque vel novus Dominus, vel novus Vasallus constituitur, Investituræ Renovatio est petenda, HARTM. PISTOR. *Jctorum Saxonie. Phoenix Obs. 168. CARPZ. P. 2. const. 45. def. 26. Dn. STRUV. cap. 10. apb. 2.*

TH. 2.

Si itaque mutatio accidat in persona Domini ratione mortis, tunc oppidò cuius Vasallo incumbet, ut justo ac legitimo tempore Renovationem Investituræ petat, quia per talem casum ipsum Vasalli jus est extinctum juxta commune Brocardicum: Resolutò jure dantis, resolvitur quoque jus accipientis. Nec à Petitione Renovationis ipsum liberabit Remissio juramenti, cum aliud sit juramenti præstatio, aliud Investituræ Renovatio & petitio, 2. *F. 24. pr. 2. F. 40.* Liberat tamen pactum remissorium in Investitura adjectum, *CARPZ. lib. 6. Resp. 78. n. 13.* Sed quid h. l. dicendum, si scilicet Domino Feudi mortuo plures succedant, An à singulis in specie, an verò ab omnibus conjunctim Investituræ Renovatio sit petenda? Remotis aliorum sententiis, quæ quoad prius in contrarium adduci possent, indubitanter cum aliis de hoc reus sentientibus quoad posterius affirmativam amplector, ab omnibus scilicet conjunctim Feudum esse recognoscendum, ita, ut unus tantum, comuni tamen omnium nomine petitionem

Re-

Renovationis Investituræ & fidelitatis juramentum recipiat, jux
 ta opinionem Dn. CARPZOV. *Disp. Feud. tb. 46.* STRUV. *Synt. J.
 F. cap. 10. apb. 2. n. 1.* SCHULZ. *Synops. Juris Feud. cap. 9. n. 97.*
 Quod etiam usu observari ZASTUS in *Epit. Feud. part. 7. n. 1.* tradit.
 Cum quâ opinione concordare videtur Jus Saxon. Feud. *Lehns
 Recht cap. 29.* ubi: Der Mann darff auch nicht mehr denn von ei
 nem seines Herrn Sohn sein Guth empfangen. Plures enim, qui
 Feudum tenent pro indiviso, habentur pro uno Domino, FIN
 CKELTHAUS. *Disp. 7. tb. 18. § seqq.* CARPZ. *P. 2. Const. 45. def.
 29.* STRUV. *cap. 10. apbor. 2. n. 1. in fin.* Quod etiam Lipsienf.
 Scabini mense Novembr. 1627. pronunc. affirm. Wann aber der
 Lehnherr verstorbet/und mehr denn einen Erben hinterlässet/so wird
 einem unter denselben allein/ so von ihnen darzu verordnet/ jedoch
 in ihrer aller Rahmen/ das Juramentum Fidelitatis billich geleistet /
 W. H. W. Sed dicis: Quis erit ille unus ex pluribus Domini
 hæredibus? De Jure Civ. sunt, qui electionem dant Vasallo; Sunt
 etiam, qui hanc concedant hæredibus Domini, tradit tamen JUL.
 CLAR. *recept. sent. p. 4. quest. 49. n. 11.* & post eum HARTM. PR
 STOR. *quest. 47. n. 26.* utrumque habere locum, quod scilicet
 hæredes Domini à Vasallo prius sint requirendi, ut ipsi unum con
 stituant, cui omnium nomine fidelitas præstanda sit: Si autem
 hæredes hujus rei causâ invicem convenire haud queant, tum
 demùm Vasallo electionem esse dandam, cui sententiæ subscri
 bunt quoque STRUV. *d. cap. 10. apb. 2. n. 1.* ROSENTHAL. *cap. 6.
 concl. 38. n. 8.* OBRECHT. *tr. de Feud. lib. 2. cap. 10. n. 51.* De Ju
 re autem Saxonico utrique parti licentia hæc est abscissa, & Su
 periori reservata, Das muß aber der Ober. Herr entscheiden/ inquit
*textus, an welchen Ihr einen er sie weisen wolte / von dem sie ihr
 Guth empfangen sollen/ ob sie sich selbst darumb nicht vereinigen/ von
 wem sie ihr Guth empfangen wollen/* SCHULZ. *d. cap. 9. n. 78.* BOCER.
tr. de Investit. cap. 4. n. 45. Cumque hæc via sit tutissima, ego
 consultius svaderem Vasallis, ut hanc potius eligerent, dicit
 HARTM. PISTOR. *lib. 2. quest. 47. n. 28.* & alii.

TH. 3.

Tandem circa mutationem Domini h. l. etiam observandum
 venit, ut scil. Si quis habeat Feudum ab Episcopo, & hic moria
 tur,

tur, intraque annum & diem alius novus non eligatur, Renovationem Investituræ petere debeat à Capitulo, uti resp. Lipf. M. Mart. 1629. Woferne in solcher Zeit kein ander Bischoff erwehlet / bey dem Capitul der Lehn Ansuchung zu thun schuldig,

TH. 4.

Hæc breviter dicta sunt circa mutationem, quæ contingit in morte respectu Domini; Nunc etiam ad Mutationem quoad Mortem Vasalli progrediendum. Constat ex 2. F. 40. Si Vasallus primus fidelitatem fecerit pro se & successoribus suis, defuncto ipsò, ejus hæredes adhuc Investituræ Renovationem petere & juramentum fidelitatis præstare tenentur; cùm fides juramenti ad hæredes jurantis non transeat, l. 12. pr. C. de rebus credit. Et hoc facere obstricti sunt, sive pro diviso, sive pro indiviso possideant, tùm per text. 2. F. 26. §. Omnes Filii &c. & 2. F. 55. §. Præterea &c. siquidem permissum successoribus est, vel cõmuniter ac pro indiviso Feudum possidere, & fructus inter se dividere, vel etiam illud partiri, ut singuli certis ejus partibus fruantur, 2. F. 12. §. Si duo fratres &c. tùm, quia unusquisque hæredum eò ipsò, quòd Feudi partem sive divisam, sive indivisam tenet, Vasallus Domini est, & consequenter ad ea, quæ Vasallo incumbunt, puta juramentum fidelitatis, & petitionem Renovationis Investituræ obstringitur per Cap. prima autem. 2. F. 24. Non obstante Cap. Cùm plures. 2. F. 77. quia est extraordinarium, adeoque contra expressos & ordinarios Juris Feudalis textus, auctoritatem non habet. Et hæc jam dicta procedunt, si hæredes illi plures omnes Feudum pro diviso & indiviso possideant: Si autem ex divisione ad unum tantum pervenerit, is solus fidelitatem faciet, d. §. Omnes filii &c. ibique Dd. 2. F. 26. De Jure autem Saxonico hoc in casu aliud dicendum erit, ita ut reliqui hæredes omnes simultaneam Investituram petere necesse habeant, nisi à successione postmodum repelli vellent, Artic. 32. im Lehn-Recht. Possunt tamen plures illi hæredes unum eligere, (vulgò Träger / sive Lehn-Träger) qui omnium nomine Investituram petit, & juramentum præstat, argumento Cap. Investitura. §. 1. 2. F. 3. Quod etiam Germaniæ consuetudine receptum, WURMSEK. Obs. Pract. tit. 51. obs. 35. testatur.

TH. 5.

Jam ad alienationem, quã tam Dominus, quã Vasallus mutatur, deveniendum est, quã, uti *supra* *thes.* 1. dictum, plerumque fit per Divisionem, Emptionem, Venditionem, Retrovenditionem ac Refutationem. Verbum Alienationis quod attinet, in sensu latissimo sumptum significat quemvis actum, quò vel dominium, vel jus aliquod in re feudali dominio affine in aliquem transfertur, *SCHNOBEL. Disp. Feud. D. 9. th. 2.* Quæritur autem h. l. An Dominus subditos suos invito in potentiorum Dominum alienare possit? Negat hoc *HOTTOMAN. Illustr. quest. 1.* ubi in fine tradit: In Gallia Regem sine publicò regni conciliò nihil alienare, vel oppignorare posse; *add. A. B. CAROLI IV. cap. 20. & per discursum A. GABRIEL. lib. 3. concl. 4. de jure quasito concl. 8.* Sed distinguendum esse puto cum *HUG. GROT. lib. 1. de J. B. c. 3. §. 12. & CASP. ZIEGL. in not. ad d. l. p. m. 139. inter Imperia & Regna Patrimonialia, quã ad Principes jure proprietatis spectant; & non-patrimonialia, quã scilicet ex lege Regiã, h. e. ex voluntate populi Principi delata. Priori modo conceditur libera alienatio. Posteriori autem modo denegatur; cum talis Princeps non plenò proprietatis jure Imperium, vel Regnum teneat, sed potius ut Administrator, Protector & Gubernator. Aliud autem dicendum, si Regni alicujus constitutionibus cautum sit, ne subditi alienentur, qualis etiam est in Regno Galliã à Francisco Rege anno regni 25. renovata *au corps du droit de Franc. lib. 1. t. 1. in pr.* tunc merito illis inhærendum, haud attentã jam factã distinctione. Nam sicuti Domino invito novus Vasallus obtrudendus haud est, ita nec Vasallo invito novus Dominus, in cujus personam, imò familiam nunquam consensit; siquidem ex contractu feudali & investiturã Dominus & Vasallus ad paria dijudicantur, 2. F. 6. 2. F. 34. §. Ex eadem. 2. F. 55. §. Firmiter. *CLARUS d. 6. Feudum. qv. 28. n. 1. MANS. obs. 91. n. 9.**

TH. 6.

Quod Alienationem Feudi à Vasallo concernit, hanc sine consensu Domini illicitam & prohibitam esse, constat ex claris textibus 1. F. 5. in fin. 1. F. 21. §. Feudum eã lege datum &c. Et quidem ob hanc rationem, ne scil. Vasalli Feudis à facultatibus suis

fuis exuti ad fervitia obeunda minus fiant idonei, 2. F. 52. in pr.
2. F. 55. pr. quod accedit etiam de Jure Saxon. Jus Agnatorum,
quod à primo acquirente per simultaneam Investituram adepti,
quod illis Vasallus intervertere haud debet, nisi ipsi consentiant
in alienationem, sive fiat inter vivos, sive mortis causa. Quo-
modo & Scabini Lips. pronunc. M. Mart. 1604. Dieweil aber dem
nach ein Lehnmann in seinem Testament und letztem Willen vors
seinen Lehn-Gütern ohne des Herrn und der nechsten Lehns-Folgere
Bevolligung keine Verordnung machen / noch davon einem andern
was legiren oder bescheiden kan / so mag auch solche Verordnung des
nen Wittbehalten zum Schaden und Nachtheil nicht gereichen. Ex-
cepto tamen meliorationum casu, quæ ad ædificia in fando feu-
dali exstruenda impensæ, quarum respectu restator optimè dis-
ponere poterit, ut hæredes Allodiales adhuc ex Feudo aliquid
ultra legitimam accipiant, sicuti respond. Jenens. Mens. Nov. an-
no 1610. D. S. W. V. R. Wofern es euren Bericht nach attent-
salben betwandt / so ist der von Adel durch einen beständigen letzten
Willen seinen beyden Töchtern über die 300. Thaler Ehegeld ein
mehrers wegen der ihrer gebührlichen Mütterlichen und Väterlichen
Legitima, auch angewendeten Verbesserungen des Lehns zu verord-
nen und zu vermachen wohl befugt.

TH. 7.

Divisionem speciem Alienationis esse rectè statuitur ex l. 1.
C. Com. utr. jud. tam fam. ercisc. quam com. divid. ROSENTHAL. cap.
9. concl. 53. n. 23. Si itaque plures sint Domini, qui per aliquod
tempus in communiōne permanferunt, se tamen successu tempo-
ris separant, & divisionem instituunt, tunc Vasallus ab eo, qui ac-
cepit eam partem, à qua ejus Feudum dependet, postea Renova-
tionem Investituræ petere tenetur, sicuti respond. Lips. M. Maji
1629. So seyd ihr / welchem das Theil / da einer Lehnguth herrüh-
ret / zugefallen / umab Renovation der Belehnung anzufuchen / und die
Lehn zu muthen schuldig D. S. W. Quid si Vasallus divisionis
ignarus, nec Renovationem statuto tempore peteret, Anne sta-
tiam hic Feudo privandus esset? Neg. Inquam sententiam Jen-
ens. Colleg. M. Dec. 1633. pronunc. ibi: So mag der Error,
weil ihr verimutlich von der Vereinigung solches Lehn-Guths mit
deren

Deren von N. eigentlich nicht wissen können / wie und welcher gestalt
dieselbe bey dem Fürstl. hohen Ober-Lehn-Herrn und sonsten geschep-
ten / nicht zu Schaden gereichen.

TH. 8.

Ratione autem Divisionis factæ à Vasallo, si Feudū ad unum
tantum pervenerit, is solus Renovationem Investituræ petat, 2.
F. 26. §. Omnes Sc. WISEMB. de Feud. cap. 8. n. 9. Et hoc pro-
cedit de Jure Feudali communi. De Jure autem Saxonico (quod
prater descendentes nemo, nisi simultaneè investitus ad succes-
sionem Feudi admittatur, arg. Lehn-Recht, art. 6. § 21. CARPZ.
P. 3. Const. 29. defn. 3. n. 5. aliud statuendum, Lehn-Recht art. 32.
HIERON. SCHURFF. Const. 59. n. 2. lib. 2. SCHRADER. de Feud. part.
6. cap. 1. n. 7. ubi Filii vel Agnati Investituræ Renovationem
strictè petere tenentur, nisi Feudò privari velint, quia per divisio-
nem simultanea Investitura interruptitur; Hinc Const. Elez. Sax.
45. prin. verb. Gleicher gestalt / so wird die gesambte Hand und An-
wartung durch Theilung der Lehn-Güter vermöge Sächsischer
Rechte gebrochen / und derowegen sollen die / so sich getheilet / und die
bevor die gesambte Hand gehabt / alsdenn anderweit Verneurung
des Gesambtnis in gebührlicher Frist erlangen; add. CARPZ. ad d.
Const. def. 24. STRUV. cap. 9. epb. 5. n. 7. Hinc & Scabini Lips.
M. Octobr. 1632. respond. Ob ihr wohl hiebevör an eures Bru-
ders Lehn-Güthern die gesambte Hand gehabt / die weil aber dennoch
dieselbe durch die beschene Theilung gebrochen / niemahls aber euch
wiederumb von neuem ertheilet worden / so habt ihr euch auch nun-
mehr einiger Succession an solchen Güthern nicht zu erfreuen W.
N. B.

TH. 9.

Ad alienationem porro refertur quoque Emptio-Venditio,
sub pacto Retro-Venditionis, ubi quaeritur: An emptor ejusque
successor sub pœnâ privationis renovare teneantur? Quod ipsum
affirmarunt Doi Jenenses M. Decembr. anno 1650. Hat L. V. N.
zu Schopa sein Ritter-Guth zu N. mit dessen Gebäuen und allen Zu-
gehörungen L. B. und dessen Leibes- und Lehn-Erben wiederkäu-
flich um und vor 8500. fl. zugeschlagen / und in eine rechtmäßige / ru-
bige / nützlich possession und Gewähr eingesetzt / weil aber L. B. über
ernan-

B 2

ernantes Gutß von Fällten zu Fällten der Lehn nicht gebührende Folge geleistet/ so ist er des Feudi bittich zu priuiren/ V. N. B.

TH. IO.

Speciem alienationis etiam esse Resutationem Feudi aperte constat ex SCHNOB. *Disp. Feud. 8. th. 23.* Resutare autem nihil aliud est, quam renunciare, aut alii cedere, die Lehn auffagen/ auffkündigen. Hæc fit vel Domino seu in manus, ut loquuntur, Domini, vel Successoribus sive Descendentibus, vel Agnatis. Possæ autem Vasallum Feudum suum resutare, etiam invito Domino, est *text. in C. 2. F. 38.* Est enim Feudum beneficium, quod nec invito datur, nec apud invitum remanet. Et hoc respectu Vasallus se instar fructuarii habet, qui pro lubitu usufructu abire potest, *l. 64. l. 48. pr. ff. de Usufr.* Quod tamen haud aliter fieri debet, quam coram Domino, COLER. *Proc. Execut. P. I. cap. 10. n. 199.* HARTM. *Pistor Obs. 230. n. 1. 2. 7.* BERLICH. *P. 1. concl. 72. n. 48. 49. seqq.* FINCKELTH. *Obs. 44. per tot.* Eodem enim modo, quod quid colligatum est, eodem etiam dissolui debet *per l. 35. ff. de R. J.*

TH. II.

Tandem ratione Feloniæ à Vasallo commissæ, ob quam Feudum privatur, Investituræ Renovatio ab Agnatis petenda est; licet enim Feudum statim ad Dominum devolvatur, apud quem etiam manet, quamdiu Vasallus, qui Feudum amisit, & ipsius Filii, si Dominus jure suo uti velit, in vivis sunt; illis tamen defunctis Feudum à Domino Agnatis est restituendum, si fuerit antiquum, STARR. *in Syntagm. Feud. cap. 10. aph. 8. n. 4. § 5.* HARTM. *Pistor P. 2. quest. 15.* CARPZ. *P. 3. const. 27. def. 11.* sicut & Scabini Lipsienf. *M. Mart. 1629.* pronunc. Quamvis enim de Jure Feudali communi ad Dominum irrevocabiliter devolvatur, *2. F. 24. §. fin. 2. F. 26. §. Si Vasallus culpam* Sc. ROSENTHAL. *cap. 11. concl. 5. n. 3. §. concl. 9. n. 8.* FACHIN. *7. controuv. 22.* Contrariæ tamen opinio ut æquior, ita communior est, secundum Camerarium, Alvar. Cujac. Thomam de Marinis, Obrecht. & alios plures; sicut etiam Lips. Scabini hanc sententiam in pronunciando aliquoties sunt secuti, teste CARPZ. *Const. 27. def. 6. 8. § 11. ibi: Derwesgen Su. Enad. darauff zu klagen/ und das der selbigen die verledigte Lehn*

Lehn-Stücke/ so lange als die von B. welche sich an dem Lehn ver-
schwiegen/ am Leben seyn mögen/ zu gebrauchen/ eingethan und zu
erlant werden/ zu suchen wohl besugt/ V. H. W. Et hæc proce-
cedunt ratione Feloniæ commissæ à Vasallo in Dominum; Quid
autem dicendum, si in extraneum Felonia commissæ fuerit, an tunc
quoque Agnatos expectare oportet, usque dum Vasallus ejusq;
filii mortem obiêrunt? R. Ob Feloniam in Extraneum commissam
neque Vasalli Agnati, neque ejusdem filii à Feudi successione
excludi debent, juxta *Const. Elect. 27. P. 1. verb.* Wann dann
unsere zusammen geordnete Râthe etc. Quod etiam *Lipf. M. Nov.*
An. 1627. in pronunciano observarunt: Daß in dergleichen Fall/
wenn die Begünstigung nicht wider den Lehn-Herrn selbst begangen/
die Vetter und Mitbelehnten ohnell Unterscheid der Anverwandtschaft
und des Grades / vermöge und nach Inhalt der erlangten Mitbe-
lehnschaft sich des Lehn-Guths anzumassen haben etc. Gestalt denn
auch denen Söhnen solche Begünstigung in dem Alt- Väterlichen
Stamm-Lehn vermöge Churfürstl. Sächsl. Constitutionen nicht
nachtheilig seyn kan.

CLASSIS III.

De

SUBJECTO seu Personis, quæ Renovationem
Investiturarum petere tenentur.

TH. I.

TENENTUR Renovationem Investituræ petere omnes, qui à Do-
mino Feuda acceperunt, nullò discrimine habitò sive Ordî-
nis, sive Dignitatis; nullâque ratione habitâ sexûs, ætatis, tituli
& possessionis, de quibus singulis jam in specie.

TH. 2.

Ratione Ordinis Renovationem Investituræ petere tenentur
Personæ Ecclesiasticæ ex 2. F. 40. §. Item si Clericus *Esc. ibique*
ALVAR. n. 4 & *SCHENCK. n. 2.* Clerici enim recipientes Feuda
non tam Principum Constitutionibus, quàm pacto ipsorum tacitè
ad ea, quæ in Principum Constitutionibus sancita sunt, obligan-
tur, *SCHRAD. P. 1. quæst. 2. n. 5.* semperque ea, quæ de natura
contractus sunt, tacitè atque acta, atque conventa præsumuntur,
l. 3. ff. si cert. pet. Sed huic sententiæ obstare videtur *C. un. 2.*

B 3

F. 101.

F. 107. ubi dicitur : quòd Ecclesia pro Feudo, quòd tenet, fidei-
tatem non teneatur facere, sed ipso jure à juramento sit soluta.
Verùm respondetur : Cap. istud extraordinarium esse, pari que
cum ordinariis autoritate nullatenus gaudere, docente BALDO in
Cap. Imperial. §. Præterea Ducatus. n. 8. in fin. Et positò etiam,
in præjudicium autem non concessò, Ecclesiam à juramento fidei-
tatis immunam esse, non tamen sequitur, statim eam quoque li-
beram esse à Petitione renovandæ Investituræ, cum aliud sit, jura-
menti præstatio, aliud Investituræ Petitio & Renovatio, 2. F. 24.

TH. 3.

Ratione Conditionis & Dignitatis, quamvis quis superior,
puta Imperator, vel Princeps, si hic ab inferiore fortè Feudum te-
neat, mutatione contingente, Feudum nihilominus recognoscere,
& Investituræ Renovationem petere tenetur; Et si non in pro-
pria personâ, sed per substitutum, per quem & fidelitatem jurare,
& servitia quoque præstare solet, Cap. 2. F. 100. Cùm enim
in contrahibus Superior cum Inferiore sit æqualis, idque natura
justitiæ commutativæ postulat, quippe quæ nullum respectum in-
ter personas hic attendit, eum æqualitatem ita imperat, ut jus ori-
atur minus habenti, vid. GROTI. lib. 2. cap. 12. c. 8. Nec per hoc
etiam illius superioritati quicquam detrahitur; siquidem non ab-
surdum est, unam eandemque personam, respectu diversarum
qualitatum diversimodè censeri, l. 18. ff. de manumiss. vind. Hinc
Imperator in Camera citari & conveniri potest, non tanquam Im-
perator, sed tanquam Archi. Dux Austriæ, vel alius Imperii Prin-
ceps. Et tunc Gbiipfi mandat Imperator hisce verbis: Wir Carl
x. Römischer Kaiser / Entbieten dir Carl / Erb. Herzogen zu Ö-
sterreich &c. Sic & Imperator ratione ditionum, vel Ducatum,
quos sub vel ab Imperio habet, Assessores Camera dat, & onera
Imperii sustinet, non ut Imperator, sed ut Dux, vel Princeps Im-
perii, Reichs. Abschiede zu Nürnberg 1542. §. Ferner. ibi: Das
wir Uns mit den ansehnlichen trefflichen Krieger. Stücken / so Uns
auff obgemeldten Spenerischen Reichs. Tag / von wegen Unserer
Königreiche und Landen in obbestimmte beharrliche Türcken. Hülf
zu leisten auffgelegt worden &c. vid. BUXTORFF. ad A. B. cap. 5.
concl. 64. circa fin.

TH. 4.

Ratione Sexus Renovationem Investituræ tenentur potest. Fœminæ; cum enim hæ Feudi quoque capaces Jure Feudali habeantur, non dubitandum, quin hoc etiam recognoscere sint obligata, cap. Sequitur. §. Filia. 2. de Successione Feudi. 1. Feud. 8. 2. F. 30. SCHNOR. Disp. Feud. 3. ib. 23. Nec (1.) obstat, quod ineptæ sint ad militiam, & secreta Domini ob levitatem retinere, vel consilio ei adesse nequeant, quod tamen à Vasallo requiritur, arg. c. Prima autem. §. 2. 2. F. 24. 2. F. 7. R. Non omnia Feuda esse militaria: Deinde Dominum hoc casu gratiam fecisse videri, ut fœmina per Substitutum, vulgò Lehn-Träger / servire possit, arg. c. Imperialis. §. 1. 2. F. 55. cum primis si Investiturâ ita cautum & conventum, daß auff den Fall ein tauglicher Lehn-Träger an des Weibes statt solle gegeben werden / ut in multis Investituris ita vidisse testatur ROSENTH. Concl. 31. n. 6. Accedit & hoc, quod fœminæ quoque reperiantur non paucæ, quæ & taciturnitate & consilii dexteritate viros nonnullos superant. Nulli enim præclusa est virtus, omnes admittit, nec censum, nec sexum eligit. Multo minus (2.) obstat, quod C. Imperial. §. 1. vers. Preterea, & alii textus de masculis loquantur, adeoque ad fœminas porrigi debere non videantur, arg. l. 64. §. 9. ff. solut. matrimon. R. Quamvis Jure Feudali fœminæ regulariter in considerationem non veniant, tamen quando Feudum ex pacto semel ad illas pervenerit, aliud dicendum est per c. Duo Fratres. de duob. Fratrib. 2. F. 18. Dicendum itaque, quod casu mutationis contingente Feudum recognoscere & fidelitatem jurare teneantur, ROSENTH. Concl. 31. n. 9. in fin. Sed quid si fœmina intra præfinitum tempus Renovationem Investituræ non petierit, fiantne bona illa Feudalia caduca? R. Cum nihil ratione fœminarum excusationis ob Juris ignorantiam in LL. expressum sit, excusari haud poterunt, sibi imputandum erit, cur peritiores non consuluerint, arg. l. 2. §. ult. ff. Quis ord. in bon. poss. serv. l. 9. C. de LL. Sylvan. qu. 60. n. 3. ROSENTH. Concl. 32. Quod ipsum quoque in pronuntiando confirmavit Colleg. Jurid. Rostoch. ibi: Und do solche vor denen selben verabsäumet / so wären vermöge der Lehn-Rechte solche Lehn-Güter dadurch caduc worden.

Ratione ætatis veniunt Impuberes, Infantes, vel pubertate proximi, qui omnes tutoris adhibitâ autoritate Renovationem Investituræ petere possunt, est *arg. l. 32. §. 2. ff. de acquir. vel amitt. possess.* SCHNEIDEW. *de Feud. P. 3. n. 100.* BOCERUS *de Investitura Feudali cap. 3. n. 135.* STRUV. *cap. 5. apb. 10.* Infantia vero & pubertati proximi etiam sine tutoris autoritate Feudum acquirere possunt, *2. F. 26. §. Si minori.* Est enim Feudum beneficium, *2. F. 23.* quò si Impuberes afficiantur, dubitandum non est, quin conditionem suam meliorem faciant, quod ipsis utique citra tutoris autoritatem permissum est, *pr. Inst. de Autor. Tut.* Hancque sententiam FF. communiter amplectuntur, *vid. ROSENTHAL. cap. 3. concl. 8. n. 3. & 4. ARUM. Disp. 3. tb. 34.* NIEL. *de Feud. 2. tb. 5.* BOCER. *de Invest. Feud. cap. 3. n. 137.* & alii plures. Cùm autem ex jam dictis constet, quòd Impuberes rectè acquirant Feudum, ideoque hòc locò investigandum erit, utrum etiam Juramentum Fidelitatis præstare queant? Notum quippe est, quòd per Investituram Feudum constituatur, *1. Feud. 25. pr.* (Non obstat *c. un. 2. F. 33.* siquidem distingvendum inter voluntatem Domini certò coram Paribus Curie declaratam, & non certò declaratam; habetur enim jussus in *c. un. pro Investitura.*) Ad cujus solemnitatem requiritur Fidelitatis præstatio, vulgò *Lehns-Pflicht*/ quæ sit regulariter per Juramentum. Pro affirmativâ quidem, quòd unque Impuberes illud præstare possint, concludit VULTEJ. *de Feud. lib. 1. cap. 3. n. 7.* Verùm rectius negatur, exinde, quòd Impuberes non sint legitimæ ætatis ad Juramenti præstationem, ZOBIUS *ad ff. de Jurejurand. n. 5.* ideoque differendum erit juramentum, usque dum ad illud præstandum fiant habiles, *2. F. 26. §. Si minori.* SCHNEIDEW. *P. 3. n. 102.* SCHULZ. *cap. 5. n. 106.* STRUV. *cap. 8. apb. 6. n. 6.* Quando autem habitas illa superveniat, æquè sine dubio non est, mireque variant de hâc re varii Feudistæ. Quicquid sit, puto hâc in regulam catholicam formari haud posse, sed cujuscunq; regionis observantiam & consuetudinem debere attendi. De observantia Electorat. Brandenb. testatur SCHEPLIZ. *tit. 1. §. 8. n. 11.* In nostris Provinciis Saxon. plerumque testimoniis, quæ pupillis dan-

dantur, vulgò denen Muthz. Zedbuln/ certum indultum & adjicitur tempus Investituræ post pubertatem renovanda: Daß man dem Gebrauch nach den Vormündern ein Bekantniß oder Muthzedbul zugestellet/ daß die Empfangung der Lehn ihren Mündlein obgefahrlich seyn soll/ bis sie ihr Mündige Jahre erreicht. Unde non solum in Illustri Regimine Vinaricensi An. 1634. d. 24. Mart. Udam Trösters zu Burgan relictiis filiis impuberibus parenti in Feudo Burgenßi succedentibus 16. anni sunt præscripti in verb. Des Muthzedduls: Daß so balden sie ihr sechzehendes Jahr erreichen und erfüllen werden / Sie so dann sich persönlich einzustellen / und die Lehn. Pflicht gebührlich zu leisten schuldig seyn sollen. Sed etiam in Cancellaria Reverendissimi Administratoris Archi. Episcopatus Magdeburgensis denen Unmündigen von Ohlen longius tempus concessum est in subsequenti testato: Den 6. Dec. 1660. ist denen Unmündigen/ Dorotheen/ Friedericken/ und Dorotheen Sophien von Ohlen/ Geschwistern/ auff Ihrer Mutter Dorotheen Elisabethen von Ohlen beschehenes schriftliches Suppliciren / zu Erhaltung der Lehn zu ihrem Antheil an ihres Vaters Andreas von Ohlen hinterlassenen Guthe Meyhen und dessen Zugehörungen / bis sie jede das 18. oder 21. Jahr ihres Alters erfüllet hat / Indult und Anstalt gegeben und mitgetheilet worden / jedoch daß inzwischen die Lehn in dem Stande/ darinnen sie iezo befunden/ verbleibe. *Sign ut supra.*

Fürstl. Sächs. Magdeb. Canzeley.

TH. 6.

Ratione Tituli, puta Emptionis, Legati, Donationis, Renovationem Investituræ peti debere, constat ex c. Sancimus. 1. F. 22. c. Imperialem. §. 1. vers. Præterea. 2. F. 55. ANDR. de IERN. ad cap. Investitura. 2. F. 3. n. 10. ROSENTH. cap. 6. concl. 32. m. ult. Quò casu tamen probè attendendum, an alienatio in Agnatum in prima Investiturâ comprehensum facta fuerit, an verò in Extraneum voluntate Domini alienatum: Illò casu, quia Feudum Antiquum manet, arg. c. quidam. 2. F. 14. consequenter Investituræ Renovatio præcisè petenda est, c. hæc sunt. pr. 2. F. 40. Hòc autem, cum in persona accipientis novi Feudi naturam induit, adeoque Vasallus Investituram petere necesse non habet, sed citationem Domini expectare potest. Atque hòc de casu accipiendum

C

endum id, quod **SCHRADER. P. 6. c. 1. n. 11.** tradit, singularene
successorem Investituram petere non compelli.

TH. 7.

Ratione tandem Possessionis non habitæ tenentur Renova-
tionem Investituræ petere simultaneè Investiti; quamvis enim hæ
propriè vocari haud possint *Lehn-Leute* / quia simultanea Investi-
tura, (quæ usû tantum & consuetudine introducta, juri communè
autem prorsus incognita, **HARTM. PISTOR. quest. 20. n. 5. l. 2. p. 2.**)
nec Dominium, nec Possessionem illis tribuit; (hinc etiam non
immunes, uti quidam prætendunt, à præstandâ cautione pro Re-
conventionibus & Expensis, cum reverà & actu nondum sint posse-
sionati,) attamen ratione juris firmi & radicati, quod habent in
Feudo, possunt etiam vocari *Lehn-Leute*; hinc etiam ad tale jus
illis acquisitum conservandum Renovationem petere obfructi,
hà jure succedendi aliquando gaudere velint, daß sie die Lehn vom
Fällen zu Fällen mietzen/und umb die Belehnung wieder ansuchen/
per text. express. in *Nov. Elect. Aug. part. 2. const. 45. in med. vers.*
So viel aber die Folge ic. **ZANGER. tract. de Except. part. 3. cap. 26.**
n. 25 2. n. 327. Vigore siquidem consuetudinis harum regio-
num ex Jure speciali & consuetudinario Saxon. receptæ, oportet
Investituram simultaneam sive conjunctam manum peti, vel po-
tius repeti, quotiescunque vel Vasallus, vel Feudi Dominus ali-
quis moritur, aut alioquin Feudi Domini, vel Vasalli persona-
mutatur, **SCHURFF. Concl. 16. Centur. 1.** **HARTM. PISTOR. quest. 20.**
n. 32. Et si simultaneè Investitus Renovationem Investituræ non
petierit, tunc excluditur à Feudi successione, uti resp. *Jenens. &*
Lips. M. Octobr. An. 1638. M. Mart. An. 1611. Ist Beßlagter N.
mit zur gesamften Hand Anno 62. genommen worden / und er her-
nach An. 74. gestorben / und des primi Acquirentis Tod nicht erlebet;
Weilen denn nun sein Sohn Georg die gesamfte Hand nicht gesu-
chet / oder die Belehnung gebethen / inmaßen er keinen Muthzettel
vorzulegen / so hat sich auch beßlagter Georg an berührten Lauten-
burgischen Lehn-Guthe keiner beständigen Gerechtigkeit anzu-
maßen / sondern wird davon gänzlich ausge-
schlossen / **V. H. W.**

CLAS.

CLASSIS IV.

De

OBJECTO, quod erit Feudum ipsum;
cujus Renovatio peti debeat.

THES. I.

FEUDA, quorum gratiâ Renovatio Investituræ peti debeat, dividuntur vel in *Nobilia* seu *Majora* & *Ignobilia* seu *Minora*. Quæ divisio displicere videtur NIC. INTRIGL. *quest. 31 n. 26*. Qui putat, quamlibet propriam Infeudationem nobilitatem conferre, quod in quocunque Feudo consequendo Principis Auctoritas intervenire debeat. Sed manifestè hæc probatur ex *c. un. 2. F. 10. Hæc editâli pr. de pace tenenda. 2. F. 53*. ubi accuratè distinguitur inter Vasallos cum dignitate aliquâ de Feudo Investitos & Plebejos. Nec opinio INTRIGL. vera est, omne Feudum ab Imperatore concessum nobile esse, vel etiam ad quamvis Feudi concessionem Imperat. confirmationem requiri, ut rectè monet HUNN. *tr. de Feud. c. 6. divis. 3.*

TH. 2.

FEUDA Regalia seu *Majora* sunt, quæ dignitatem regalem connexionem habent, & Imperio Rom. Germ. immediatè subjecta, ita ut nullum alium Dominum Feudi nisi Imperatorem cognoscant, nec ab ullo alio Renovationem Investituræ petere debeant, utpote sunt Regna, Electoratus, Ducatus, Principatus, Comitatus & Baronatus; Hæc quæ duplicia: Vel Ecclesiastica, Scepter-Lehn / quæ ita dicuntur, quod Imperator Ecclesiasticis Principibus olim per Baculum & Annulum, hodiè verò per Sceptrum confert, ut Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum, &c. SCHULZ. *Synops. Feud. cap. 3. n. 82*. LIMN. *A. B. cap. 5. §. 1. obs. 10. Et seqq.* Vel Politica, *Fahn-Lehn* / quæ Imperator Principibus Politicis seu Secularibus, ut Electoribus, Principibus, Comitibus & Baronibus, vel per Vexillum, durch eine Fahne / vel (cum prius in desuetudinem abiit, REINKING. *de R. S. §. E. lib. 1. clas. 4. cap. 16.*) vel per Ensem, cuius conum, den Knopf / præstito prius fidelitatis juramento osculari debet ille, qui investitur, confert, LIMN. *ad A. B. c. 5. §. 1. obs. 20. Et seqq.* REINKING. *d. l. STRUV. cap. 9. opb. 3. n. ult.* Hinc etiam loquimur: Dietveil Kaiserl. Majest. dem

§ 2

Welt

Weltlichen Fürsten solche Lehn mit Fahnen leihet/denen Geistlichen Fürsten aber mit einem Scepter/ Land. *R. lib. 3. art. 60. SCHRA- DER. P. 2. cap. 3. n. 6. SCHNEIDEW. in Epitom. Feud. P. 1. n. 30.*

TH. 3.

Ignobilia autem Feuda seu Minora sunt, quæ annexam regalem dignitatem non habent, & dantur vel ab eo, qui nobilitare potest, nec tamen vult, vel ab eo, qui nobilitare non potest, ut rectè *VULTEJ. cap. 8. n. 10. & HUNN. d. c. 6. divis. 3.*

TH. 4.

Ratione Feudorum Majorum non inconvenienter hoc locò quaeritur : A quo post mortem Imperatoris sint recognoscenda ? An à Vicariis Imperii, qui sunt Saxo & Palatinus, *A. B. tit. 5. an verò ab Imperatore Rom. eligendo ? R.* Quamvis multi sint, qui talia Feuda investendi Vicariis Imperii concedant, contrarium tamen magis videtur esse statuendum, quòd horum Investitura & collatio soli Imperatori & Regi Romanorum specialiter sit reservata ; non obstante, quòd parem Vicarii habeant potestatem cum eo, cujus vices gerunt, *l. 1. §. 4. ff. de Leg. 3. l. 1. C. de Offic. Vicar. BARTOL. in l. Observare in princ. ff. de Offic. Procons.* Ergo ipsæ Jurisdictio omnimoda & absoluta haud reddenda ambigua, *A. B. tit. 5. vers. Auch Gewalt haben/ Gericht zu halten. &c.* Noluit enim Carolus noster hoc ad Feuda Principum Regalia & Majora, quæ vulgò vocantur Fahnen-Lehn/ extendi, dum ea discessit excepit verbis : *Ausgenommen der Fürsten Lehen/ und die/ welche gemeinlich Fahnen-Lehn genant werden ; denn derselben Lehn investitur und Verlassung wir einem Käyser/ oder Römischen Könige sonderlich bevorab behalten/* *HENR. BOCER. de Regal. cap. 2. n. 61. VULTEJ. de Feud. lib. 2. c. 2. n. 9. SCHRA DER. de Feud. part. 20. sect. 2. n. 69. SIXTIN. de Regal. lib. 1. c. 3. n. 10. & seqq.* Nec est, ut excipiamus ab hac exemptione ac reservatione, illa, quæ vulgariter Scepter-Lehn vocari solent, uti nonnulli putant, Vicariis hanc investendi facultatem attribuentes, *BUXTORFF. ad A. B. Concl. 63.* quia illa Feuda, utut sub voce Fahnen-Lehn non comprehendi videantur, sub Feudis Principum inclusa sunt ; Hinc Carolus noster cautè conjunxit, *Fürsten- und Fahnen-Lehn/* ne Feuda Archi-Episcoporum, Episcoporum & Abbatum eximat. *Nam. Eccle-*

Ecclesiastici illi, licet natiuitate & ortu non omnes sint Principes,
 dignitate tamen & concessione Feudorum Principalium Principi-
 bus æquiparantur, imò ita vocantur. Quod ipsum etiam probat-
 ur per *Constit. Rupertii Imperat. ap. FREHER. not. ad Petr. de Ant-
 lant. lib. 2. cap. 10. fol. 193.* Ubi nominatim Archi-Episcoporum
 Feuda & omnia illa, quæ cum vexillis & gladiis recipi consueve-
 runt, excipiuntur; *add. CLUTEN. Syl. rerum quotid. concl. 26. lit.
 c. h. § i. RUMEL. ad A. B. Dissert. 4. th. 19.* Sed dicitur: Potest in-
 terdum accidere, ut Imperium ultra anni, vel biennii spacium va-
 cet, talique modo currat præscriptum tempus renovandi Investitu-
 ram durante interregno, an ne noceret longior hæc Investituræ
 mora & protracta petitio? *¶.* Metuendum sanè id haud est, siqui-
 dem non privatiò, sed contemptus moram arguunt, nec currit
 Investituræ petendæ tempus, quamdiu quis sine culpa sua Inve-
 stituram petere impeditus fuerit, sicuti ex aliis iustis causis fatale
 non currit, c. *un. in fin. de prob. feud. alienat. 1. F. 22. MATTH.
 WESEMB. ad π. lib. 1. Conf. 41. n. 59. ZAS. de Feud. part. 7. n. 5.
 SCHRADER. de Feud. P. 7. cap. 2. n. 56. ROSENTH. de Feud. cap. 6.
 concl. 56. n. 1.*

TH. 5.

Dari quoque Feuda *Minora*, quæ ratione Renovationis In-
 vestituræ ab Imperio dependent, illique immediatè subiecta, nul-
 lum est dubium; possident enim talia Nobiles in Suevia & Fran-
 conia, ut & ad tractum Rheni, *die freye Reichs vom Adel in Schwa-
 ben/ Francken und am Rhein.* Hos non secus ac Principes Imperii
 post mortem Imperatoris durante Vicariatu intra annum & di-
 em à Serenis. Vicariis Feuda debere recognoscere, asserit ARU-
 MÆUS *Discurs. ad A. B. 3. th. 35. seqq. BUXT. in Dissert. ad A. B.
 th. 67. RUMELIN. Diss. 4. th. 19.*

TH. 6.

Haud immeritò huc quoque referri possunt *Bona Emphyteu-
 tica & Censitica*, (de quibus nulla præstantur servitia militaria,
Mitter-Dienste / sed tantùm quædam certæ annuæ pensiones,) af-
 finitatem cum Feudis magnam habentia: Ratione horum Renova-
 tionem Investituræ quoq; debere peti, est extra dubium. Differunt
 autem hæc *Erbzins und schlechte Zins-Güter* / quòd in his dire-
 ctum

Quam & utile dominium in censitum transferatur, sed in illis dire-
ctum dominium maneat penes con- sentem, sicuti etiam resp.
Lipl. M. Nov. An. 1630. & Const. Elect. part. 2. 39. vers. Zu dem
wird allein die Erbtliche Nutzbarkeit/in verb. Aber solches beydes ic.
CARPZ. d. Const. def. 1. n. 8. RICHTER. tr. de privil. cred. p. m. 405.
n. 138. STRUV. in Syn. Feud. c. 2. aph. 10. n. 3. Sed posset aliquis
hic objicere, Dominium directum plane non posse transire in re-
cipientem, tum quod, quotiescunque bona illa, ex quibus solvitur
census, venduntur & alienantur, usu & consuetudine plerorumq;
locorum à Superioribus recognoscenda, & recognitionis illius-
causâ laudemia solvenda sint, qui duo naturalis & domini directi
effe ctus notorii sunt per l. fin. C. de jure Emphyt. l. 1. C. de fund.
patrim. tum quod Glos. Germ. ad lib. 3. Lands. N. artic. 39. n. 2.
sub fin. expressè hoc innuat, quando inquit: Ein Zins. Guth ist
weder eigen Erb/ noch Lehn/ doch seihet man es im Lande zu Sach-
ten ohne Mannschafft dem/ der es kauftet / das ist aber nichts anders
desi daß man damit anzeiget/ daß es des Herrn Wille sey. Es ist aber
darumb kein Eigen/ daß der Herr darauff einen Zins habe; denn das
Eigen hat man ohne allen Zins. Erbe ist auch nicht/ darumb/ daß
der Richter niemand aufgeben mag. Es ist auch kein Lehn / weil
man Zins davon giebt. Verùm hæc tanta non sunt, ut me à
priori sententia abducere possent. Ad (1.) Neg. In eo solò do-
minium directum proprie consistere, cum illud in eo potissimum
consistat, quòd proprietas quodammodo ad Dominum superiorem
spectet, adeoque res, ejus consensu non requisitò, alienari neque-
at, atque si plane consensus non requiratur, & Dominus non re-
cognoscatur, res amittatur. Hæc autem in bonis censualibus non
obstant, siquidem Censita de bonis istis pro arbitrio potest dis-
ponere, neque consensum Domini in vendendo, vel alienando re-
quirere debet: Conf. Dn. FRANZK. tract. de Laudem. c. 10. n. 74.
Quod tamen in oppignoratione horum bonorum non procedit,
sed requiritur de jure Saxon. ut accedat consensus Domini, idèò,
ne scil. Dominus in perceptione census lædatur, & creditores de-
cipiantur, Const. Elect. 32. p. 2. Ordinat. judic. Elect. Sax. Tit. 46.
§. Wenn aber einer ic. COLER. de Proc. Execut. 7. l. c. 10. n. 64. §.
271. CARPZ. d. Const. 32. def. 22. RICHTER. d. 17. p. m. 407. STRUV.
d. l.

d. l. Nec Renovatio hæc Investituræ aliud est, quàm renovatio contractus consensualis, & ob eam ad exemplum Emphytevticos Laudemium solvitur.

TH. 7.

Visà Bonorum Emphytevticorum & Censiticorum differentia, quaeritur itaque hoc loco (1.) & quidem ratione Bonorum Emphytevticorum, an ob non petitam Investituræ Renovationem talia bona fieri possint caduca? Affirmat hoc ipsum *Jas. in l. 2. n. 22. C. de Jure Emphytevt.* & alii ab eo allegati. Verùm contrarium esse verius docent *BERLICH. Decis. 68. n. 12.* & *CARPZ. d. def. 20.* ubi addit, poenam tantùm arbitriam carceris, vel multam justissimè hoc casu imponi posse, ob negligentiam non petita Renovationis, quæ contemptum jus dicentis annexum haberet, *l. 7. ff. de Judic.* Siquidem non valet argumentum Feudi ad bona Emphytevtica & Censitica in personalibus, utpote odiosis. (2.) Ratione Bonorum Censiticorum, an Censita, si Renovationem Investituræ non petierit, jure suo cadat, & possessione bonorum privari queat? Negat hoc etiam *CARPZ. P. 2. Const. 39. def. 5.* & licet per mille annos etiam non solverit censum, *vid. d. Const. 39. vers. Das von wegen schlechter Zins etc. RICHTER. p. 2. decis. 84. n. 7.* Et sic respond. *Scabini Lips. M. Julio An. 1628.* Hat Lorenz Köbel/ Euer Unterthaner/ eine Hufe Landes im Besit/ so von euch zu Lehn rühret/ davon er in die 12. Jahr weder den gewöhnlichen Zins/ noch die Land-Steuer entrichtet etc. so hat sich zwar bemeldter Zins- Mann dadurch das Zins-Guth nicht verlustig gemacht etc. Quam sententiam quoque secuti sunt *veneses M. Septembr. An. 1630. ibi: Ist von Dir Wuhlmanns Erben zu Kalbesriecha/ wegen einer halben Hufe Landes/ so euer Lehn und Zins ist/ und davon nunmehr 3. Lehen nach einander verfallen/ die Lehn zum drittenmahl verschwiegen/ und bey euch die Lehn nicht gesucht/ noch bissem der Zeit vor dem Lehn- Herrn recognosciret worden/ unter dessen auch weder Lehn-Geld/ noch Zinsen oder Geschoß entrichtet worden: So haben zwar in solchem Fall eure Lehn- und Zins-Leute sich derührter Lehn- und Zins- Güther (wie in rechten Lehn- und Erben- Zins- Güthern zu Recht verordnet/ nicht verlustig gemacht/ es seyn aber dieselben Censiten-Lehn- und Zins-Leute nicht allein in Sächs. Frist solche Güther in Lehn zu*
neh.

nehmen / hiervon die Lehn Gelder hergebrachter Weise / so ofte die
 Lehn verfallen zusamt den verleşten Zinsen und Schuß unverwe-
 gerlich zu entrichten und abzutragen : sondern auch hierüber gestal-
 ten Sachen nach ein ieder eine willkührliche Geldbuße / wegen Ver-
 fuschung der Lehn auch zu erlegen schuldig *V. N. W. Nisi conve-
 tudo loci contraria ; tunc enim Domino aperiuntur hæc bona .
 Nec eis quoq; privari potest , si in contemptum Domini colonus
 censum solvere detraxerit , cum Domino census , dem Zins Herrn
 actio ex contractu , vel ex delicto personalis competat , quæ cen-
 sum , vel pœnam ob contumaciam exigere possit : Conf. d. Const.
 39. vers. Daß der Besizer ob non solutum censum derselben nicht zu
 priviren / sondern re. RICHTER. d. Decis. n. 2. § 3. it. Vol. 1. Conf.
 P. 6. conf. 7. n. 1. BECHM. ad ff. Vol. 1. P. 2. ex. 6. n. 31. Olim
 pœna loco , singulis diebus , quibus cessabat quis solvere , à tem-
 pore moræ , progressionem Geometricam census duplicabantur , Land-
 Recht lib. 1. art. 52. ibi : Wer aber seine Zinse zu rechter Zeit re.
 Unde dicti Ritterscher Zinse / id est , weil sie fortrutschen / und je länger
 sie stehen / je mehr und grösser werden / Dn. FRANZK. d. l. n. 59. Et
 hæc pensiones Promobiles adhuc hodie in quibusdam locis fre-
 quantantur , ut testatur BECHM. in Com. ad ff. Vol. 1. P. 1. ex. 13.
 n. 33. CARPZ. P. 2. Const. 24. def. 26. Et cum primis in Thuringia
 introduci hoc maxime necessum foret , dum coloni , vel Censitæ
 in solvendis censibus se admodum negligentes præbent , ita , ut si
 solutio Michaëlis fieri debeat , illa sæpe diebus Paschatos , aut Jo-
 hannis peragatur .*

CLASSIS V.

Exhibens

FORMAM seu Modum Renovationem
 Investituræ petendi.

THES. I.

FORMA dat esse rei , perque illam res una discernitur ab altera :
 Omnia enim , quæ mundi machina tegit , quæq; sub cælo sunt ,
 constare formam suam videbis semper. Formam autem seu modum
 petendi Renovationem Investituræ quod attinet , illa mihi vide-
 tur consistere in his sequentibus : (I.) In legitima petitione , ut
 scilicet haud insolentiter aut ambitiosè , sed humiliter & devotè pe-
 tatur .

natur. (2.) Instante & cum diligentia. (3.) Congruo tempore.
(4.) Idoneo loco. (5.) Testatione. (6.) Fidelitatis promissione.
De quibus singulis nunc in specie.

TH. 2.

Modus petendi specialiter quidem & per certam formulam
in Jure Feud. non est expressus; id tamen, ut petitio hac fiat
cum praefatione honoris, devotè, reverenter & obsequiosè, præ-
cipitur 2. F. 22. vers. Curia autem. § 2. Feud. 23. vers. Quod Fe.
Idque juxta ritum ac ceremoniam, quam cujusq; loci consuetudo
postulat, LINDEMAN, Exerc. Feud. 2. tb. 38. De variis ceremo-
niis in Aula Augustissimæ Romani Imperii usitatis novissimè egit
ADAM PISEZKI à Kranichfeldt de Stat. Secul. pag. m. 317. § seqq.
JOH. THEOD. SPRENGER, Perspicill. Christian. Orb. Tit. 15 p. 749.
§ seqq. ubi agunt de variis solennitatibus, so bey Empfangung ei-
nes Feudi Regalis so wohl im Heil. Röm. Reich, als außerhalb des-
selben observiret und in Acht genommen werden. Notandum tamen
hic insigne Austriacorum privilegium, quod LIMN. lib. 5. cap. 2.
n. 32. refert: Derselbe Erb. Herzog zu Oesterreich / so Ihm / wie
oben stehet / seine Lehen vom Reich geüchen werden / soll er die em-
pfahen bekleidet mit einem Fürst. Gewand unter seinen Erb. Her-
zog. Hütlein / umbfangen mit einem gezimmeten oder gesprühten
Kraus / und einen Stab in seiner Hand haltend / auff seinem Pferde
sitzend / und ist mit solcher Gestalt der Leihung Großmächtiglich vor
andern begabet. Quando autem Legati Statuum Imperii accipi-
unt Investituram, sit hoc genibus flexis, & deinde libro Evange-
liorum in sinu Cæsaris sito debent apponere duos digitos, & sic
præstant Juramentum Fidelitatis, leget ein ieder zwen Finger auff
das Evangelien Buch / sprechend den Lehn, Eyd / welches Jhro
Käyserl. Majest. in Händen halten.

TH. 3.

De Jure Saxonico respectu Vasallorum Statuum Imperii re-
quiritur, ut Petitio Renovationis Investituræ fiat flexis genibus,
aut in terram procumbentibus coram Domino; hinc Lehn-Recht:
Nach des Vaters Tode soll der Sohn binnen Jahr und Tag zu dem
Lehn Herrn kommen / und soll ihm anbieten seinen Ritter-Dienst /
und Mannschafft mit aufgehobenen Händen / und soll vor ihm also
nabe

D

nahe stehen / daß er ihn erreichen mag // (ob der Herr steht) Siegel er
 lobet / soll er sich nicht regen / oder vor ihm niederfallen // artic. 22.
 Verum hæc in re consuetudines locorum & Cuiusdam observan-
 das esse, bene monet ROSENTHAL. c. 6. cond. 63. n. 7. JACOB. DE
 BELLOV. in §. Nulla. 2. F. 2. VALTEJ. c. 7. n. 151. Porro quoque,
 ut statim se simul ad Joramentum Fidelitatis offerat, per art. 27.
 § 50. LEHN. D. SCHRAD. c. 3. n. 7. Quamvis Jus Feudale com-
 mune à Jure Saxon. hoc in casu discrepet, dum Petitionis Inve-
 stitura tantum facit mentionem, 1. F. 22. 2. F. 55. pr. in fin. Tandem
 de Laudemio seu Relevio, quod dari solet pro Renovatione In-
 vestiturae, (vulgo Lehnzins / Lehnzins / Handzins) queritur: An
 illud quoque statim offerendum? Cum hæc de re in Jure Feudali
 nihil expresse cautum sit, puto cujusvis loci ac Regionis consue-
 tudinem ac observantiam esse attendendam. Et quidem consue-
 tudo in parte pretii, si Feudum ritè fuerit venditum, etæque varia,
 secundum varios diversarum regionum mores. In Hollandia
 consistit dari oportet calcaria, vel par chirothecarum, vel sal-
 monem, canem, vel par canicularum, caponum saginatorum,
 vel Salmonem, aut simile quid honoris causa, de quo NEOSTAD.
 in de Feud. Holland. success. cap. ult. Præter taxam ordinariam
 annuatim aliquot florenos solvit, der Vassal muß aus der Kanzley
 den Lehn-Zins ablösen / und die Kanzley Gehühren oder Lehn-
 zinsen absetzen und erlösen / & si Laudemium consuetudine in-
 troductum sit solvendum, tunc illud à Domino Feudi debet pro-
 bari, sicuti respond. ¶ Cui Jenerhes M. Nov. An. 1639.

Tit. 4.

Debere fieri Petitionem Renovationis instanter & cum dili-
 gentia, est arg. l. un. ff. de libel. dimiss. & l. Si quis. 6. C. de Decu-
 ration. lib. 10. Nam lapsus evenit, ut Dominus non semper à la-
 boribus sit remissus, quando Vassalus perit, & ita investituram
 Vassallo concedere non valens, tunc ei per aliquod tempus est
 expectandum, aut illi tantum indultum, (einen Indult-Zettel.)
 Vid. RENNING. tract. de R. S. S. E. lib. 1. class. 4. cap. 16 n. 57.
 Als wenn man einem nicht so bald seinen Fan / noch wil / wird un-
 terlassen dem Lehn-Manne auf seine gethane Lehn-Sinnunge und
 Anmuthung ein Indult-Zettel auf etliche Zeit oder Monat ertheilet
 und

und zugesetzt/ daß er nemlichen die Lehn- Empfängnis zu gebüh-
render Zeit bey dem Lehn- Herrn an sich und angerathen/ nach deren
Zeit Ausgang er wieder umb das Lehn aufsuchen soll; vor auß ihrese
fürner entweder gelichen/ oder ein ander und neuer Nuthgedul gege-
ben wird/ hujus, vel simili tenoris: Nachdem heute dato N. N.
in der Capitel erschienen/ und nach Absterben seines Seel. Vaters
in desselben Lehn. Gültzer bey Ihrer Durchl. unterthänigst Ansu-
chung gethon/ ist ihm aus Befehl hochgedacht. Ihrer Fürstl. Durchl.
zu Empfahung solches Lehn bis auff (d.) Zustand gegeben/ und dis
Bekantnis unser Ihrer Fürstl. Durchl. Hand schrift zugesetzt wor-
den: Mittler Zeit bleibet es mit dem Lehn in dem Stande/ wie es
vor dieser Ansuchung gewesen/ *actum anno G. die. Et hoc modo
impune recedere poterit; Si autem sine concessio Indulto reces-
serit, nec Domini responsum expectaverit Vasallus, tunc a quē
Feudō privari poterit, ac si Renovationem haud petierit, arg. d.
l. ff. de libel. dimissor. & l. 16. C. de Decurion. Et.*

Th. 3.

Congruū quoque tempore fieri debere, quādoquq; casus,
quō vel ex consuetudine (quā imprimis Domini, aut Vasalli mu-
tationem spectat, 1. F. 22. pr.) vel conventionē evenerit, testa-
tur SCHNOR, *Disp. Feud. 3. tb. 12.* Tempus autem, intra quod
Renovatio Investitura peti debeat, est de Jure Feudali annus &
dies, 2. F. 24. 2. F. 40. 2. F. 52. §. 2. 2. F. 55. *in fin. princ.* Dis-
putatur autem adhuc inter Dd. quālis dies sit intelligendus, an
Civilis, an verō Naturalis, de qua controversia varii Autores,
qui de Feudis scripserunt, possunt videri, ad quos B. L. remitto.
Jure autem Saxonico res nullam habet difficultatem, sed omnes
Vasalli intra annum & sex septimanas Renovationem Investitura
petere tenentur, *Lehn-Or. cap. 22. princ. verb.* Nach des Vaters
Tod soll der Sohn binnen Jahr und Tag zu dem Lehn- Herrn kom-
men/ und soll ihm anbieten seine Ritter- Dienste und Mannsdienst/
Const. Alex. 25. P. 3. §. Der gesamblen Hand aber 20. *CARPZOV.
ad d. Const. def. 18. n. 1.* Complectitur autem hic dies spaciū
sex septimanarum, *Lehn-Or. c. 25. verb.* Wenn ihn aber der Herr
binnen Jahr und Tag, junct. verb. binnen sechs Wochen und Ein
Jahr / *FINCKEITH. Disp. 7. tb. 16. lit. e. SCHULZ. cap. 9. n. 64.*

D 2

STAUV.

STRUV. cap. 10. aph. 7. n. 2. Quæritur autem, quò tempore hoc tempus currere incipiat? R. A tempore scientiæ, quamprimùm scilicet comperit aut Feudum sibi delatum esse, aut Dominò defunctò alium successisse, 2. F. 9. §. Donare. vers. Porro. arg. l. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. GAIL. lib. 2. obs. 48. n. 8. MYNSI. cent. 5. obs. 6. Quod ipsum quoque confirmat Conf. Elef. Sax. 45. verb. Innerhalb Jahr und Tag von der Zeit der Wissenschaft an &c. Item BERLICH. P. 2. Concl. 53. n. 38. CARPZ. d. l. def. 20. ubi annexit respons. Scabin. Lips. M. Mart. 1629. Daß ein Lehne Mann binnen Jahr und Tag von der Zeit an der ertlangten Wissenschaft/ da der Lehn Herr Todes verfahren/ die Lehn zu muthen / und umb Renovation derselben Ansuchung zu thun schuldig B. N. N. An autem tempus hoc à Domino ultra annum & diem invitò Vasallò extendi seu prorogari possit, non inele ganter quæritur? Neg. SCHRAD. extensionem Part. 6. cap. 2. n. 7. qui tam rigidè hoc examinat, ut etiam Dominum semetipsum privare asserat, cui & ego subscribo, ut ut affirmantium sententia aliquid roboris ostendat, arg. 2. F. 6. verb. Faciat difficile. arg. l. 40. ff. de recept. qui arbitr. & quilibet juri pro se introducto renunciare possit, l. penult. C. de Padis. l. 46. ff. de Padis. l. 25. de LL. & quæ reperiuntur apud ROSENTH. c. 6. concl. 5. 7. n. 1. lit. A. Tamen hæc allegata jura non procedunt, si tertio exinde damnum emergat; non enim simpliciter quis hic renunciat, sed causam Vasalli reddit deteriozem, cùm Investituram debitò & consuetò tempore denegat, cujus Vasalli scilicet fortean interessè potest eam citius fieri.

TH. 6.

Debet quoque petitio Renovationis Investituræ fieri locò idoneò, qui est Domini Curia, aut locus habitationis consuetæ, SCHNOB. Disp. 5. th. 17. Etenim & reverentia Domino debita hoc exigit, ut pro beneficio ab eo accipiendo ipsum sequamur, juxta illud: Cui flammis opus est, sopitas sufficiat aras. Extra prædicta autem loca Dominum sequi Vasallus non tenetur, nisi sit in loco vicino, quò Vasallus sine magno sumptu pervenire possit, l. 3. in fin. ff. de ann. legat. l. 35. §. 2. ff. de Procur. SCHENCK. ad 2. F. 24. n. 7. SCHNEIDEW. Hinc de domo Aufriaca privilegium:

gium notetur, non teneri Ducem extra territorium Investituram accipere. Verba, quæ LIVM. lib. 5. cap. 2. n. 32. p. m. 37. ex *Cusim.* recenset, non pigebit, pace tamen Lectoris, huc transe ribere. Ele-
fend auch nicht schuldig ümb Empfangung ihrer Lehn außerhalb
des Landes Oesterreich nachzureisen / sondern sie sollen ihnen in dem-
selben Lande geüben werden : Und ob ihnen das versagt würde, sol-
ten sie das drey mahl schriftlich erfordern / und mögens demnach ohne
Furcht der Seeligkeit besitzen / als hätten sie es selbstlich empfangen.

TH. 7.

Tandem ratione Testationis quoque Petitio Renovationis
Investitura fieri debet, testibus scilicet adhibitis, 2. F. 32. De Jure
Feud. communi in testes requiruntur Pares Curia, 1. F. 3. 1. F.
32. 2. F. 2. 2. F. 32. omnesque Feudistas hoc statuere, asserit.
MASCARD. in d. c. 2. F. 32. Pares autem Curia dicuntur Con-
vasalli ab eodem Domino Feuda tenentes, qui præ omnibus ex-
traneis requiruntur. Nec opus est, ut ipse Dominus Feudi ad
Investituram interfit, sed potest hunc, cui mandare velit per alium
expedire, 2. F. 3. §. 1. vers. Sed utrum. Et licet Feudorum Re-
galium Investituram ipse Dominus celebrare solet, nihilominus
tamen etiam aliquando per Vicarium de iis Dominus investire
potest, *Recess. Imper. de Anno 1527. §. Und sollen wir ic. ibid.*
Als dann sollen und wollen Wir hieraus Befehl thun den Unseren
Glaubwürdigen und andern mehr an Unser Statt solche Regalien wie
sie gebühret / zu versehen. Alioquin Feudorum Investituram fre-
quentius per alium Principis, v. g. Cancellarium expediuntur ;
nonnulli singulariter, ut de Feudis nomine Principis Vasallos
investiat, constituitur aliquis, quem vocant Præpositum Feudo-
rum, den Lehn-Probst / uti observatum est in *Elect. Regim. Mogunt.*
add. *GIRHAN. tr. de Jur. Feud. cap. 10. n. 67.*

TH. 8.

Absolvit denique formam Petitionis Renovationis Investi-
tura Fidelitatis præstatio, (Germ. die Lehn-Pflicht) quæ Investi-
turam diversò respectu & sequitur, 2. F. 4. & antecedit, 2. F. 3.
§. Nulla in fin. 2. F. 24. *ARUM. Disp. 5. tb. 26.* Eaquæ duplex :
Vel sine juramento, vel cum juramento, 2. F. 3. in fin. Præstant
autem hoc juramentum omnes, modo sint legitimæ ætatis, 2. F.
D 3 26. §.

26. §. Si minori & seqq. Excepto tamen pacto, quod Feudum constitutum, ut sine iuramento Fidelitatis habeatur, *dist. text. 2. Feud. 3. in fin. 2. Feud. 24. §. 1.* Quod tamen casu Vasallus nihil secius ad omnia ea, quae alia in iuramento à Vasallo praestanda continentur obligatus manet, *2. Feud. 47. in fin. SCHRADER. P. 2. c. 2. n. 27. & c. 4. n. 14. ROSENTH. c. 2. concl. 60.* siquidem non omnis promissio Fidei & obligatio ad fidem exhibendam, quae ad essentiam Feudi pertinet, sed modus saltem promittendi fidem per iuramentum est remissus, *2. F. 3. in fin.* quia illud Feudum, quod in aliquo recedit à natura Feudi, in reliquis Feudi naturam omnino retinet, *2. F. 48. BOGER. cap. 4. n. 14.* Et appellantur isti Vasalli, qui simplici & nuda cautioni relinquantur, in libris Feudorum. Vasalli per non sacramentum, *2. F. 48.* Nec interest, utrum iuramentum hoc ab ipso, cui Feudum acquiritur, an ejus nomine ab alio Procuratore, mandato tamen speciali ad id instructo, praestatur, *2. F. 3. 2. F. 58.* Moribus quippe receptum est, ut pro alio jurari possit, quod vocant jurare in alterius animam, hæc forte formula: Ich Cajus als Geseßmächtigter Titii, schwere und gelobe in dessen Gewissen und Seele ic. dem ic. getreu / gehorsam und getwärtig zu seyn / wahr ihm Gott helffe. Fundamentum autem hujus sententiae in principiis Juris Civilis laet, & an omnino recte fiat, non immerito ambigere possis, *vid. WESSEM. in per. C. de Jur. Calum. n. 6. in fin.* Nihilominus tamen tam exempla illustrata, quam alia docent, observantiam introductam, cui merito adhaerendum, nec subtilitati juris hæc in parte studendum, de quo *vid. SCHNOB. Diss. Feud. §. 1b. 22. ibique Dn. ADRIAN. BEJER.* Quidam quod interdum nequit aliter, quam per Procuratorem fidelitatis jurari, nempe ejus Feudi causâ, quod conceditur Civitati, Collegio aut simili corpori: Constat enim tunc non singulos ejus, seu collegae jurare; sed nomine Universitatis seu totius corporis Syndicum, *JOH. BLANCH. Epit. Feud. libr. 1. cap. 7. DUAREN. de Jure Feud. cap. 12. SCHRAD. P. 6. c. 1. n. 2.* sed & sed casu quidam interponi consuevit, qui Collegii nomine juret, quod mortuo Renovatio petenda, ein Lehnträger / Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. 8. aph. 6.* In curia Feudali Mequantina aber ist Herkommens / daß wegen eines Adelschen Lehnträgers auch ein Adelscher Geseßmächtigter bestellt werde zur Lehn. Empfängnis.

TH. 9.

De Forculis jurandi, sive ipse Principalis, sive ipsius nomine Procurator juret, agit SCHULZ: cap. 9. n. 33. § 35. qui potest videri. Formam autem Juramenti, quod utuntur Status Imperii propter Feuds, quae tenent, vid. apud SIGON. lib. 7. de Reg. Ital. WARRKEMUNDI ab Schrenberg de Feder. lib. 2. cap. 1. n. 61. LIMN. 2. Jure Publ. cap. 7. n. 36. 37. Eius autem tenor potissimum hic est, damna Imperatoris avertere ac commodis promovere; Jurant enim Imperii Status Ihrer Käyserl. Mai. und dem H. Reich treu/ held/ gehorsam und getwärtig zu seyn/ auch nimmermehr wissen/ sich in dem Reich seyn/ noch einwilligen oder befehlen/ Pa ich etwas wider Ihre Käyserl. Mai. oder das Reich gehandelt wird/ in einigem Bes/ sondern dessen Ehr/ Nutzen und Frommen befördern/ und ihn vor Schaden warnen. Quibusdam in locis consuetum est, fidelitatis juramento execrationes quoque annexere, sicuti de Philippo de Croy, Duce Arschotano legimus, qui cum Castello Antwerpensi fortiter tuendo juramentum praestitisset, huic Secretarius Hispanicus de Etkoveds subjunxit sequentia: So ihr das thut/ so werde auch Gott helfen; Wo aber nicht/ so hole euch der Teuffel mit Leib und Seele/ darauß sagte ein ieder: Amen.

Juramentum autem Vasalli alicujus Status Imperii consistit, in hoc, quod polliceatur, se (1.) Fidem & obsequium. (2.) Commodum Domini promovetur, damna averteretur. (3.) Debita servitia praestitutum. (4.) Renovationem debito tempore petiturum. Lingva nostrate ad sequentem formam promittit fidelitatem hodie Vasallus: Ihr sollet geibben und söhweren/ das ihr dem N. N. als eurem Lehn Herrn treuet treu und hold seyn/ seinen Schaden warnen und warnen/ wie auch die schuldige Dienste gebühlich leisten/ auch sonst alles thun/ was ein Lehn Mann seynem Lehn Herrn zu thun schuldig und verpflichtet/ und solcher Lehn Recht und Gewohheit ist. Subsequitur Juramentum ipsum: Alles was ich icho geredet und gelobet habe/ wie mir das unterschiedlich zugesaget worden ist/ das will ich stet/ fest/ unverbrüchlich und getrewlich ohne Gefährde halten/ Als mir Gott helfe durch Jesum Christum seinen Sohn unsern HERREN und Heyland/ Amen.

Et

Et tali modò Vasallus ad omnia se obligare intelligitur, quæ in
Fidelitatis forma proposita sunt, *Tit. 6. § 7. lib. 2. Feud. BOGER.*
c. 4. n. 20. ibique allegati.

TH. II.

Ad petitionem Renovationis Investituræ sic planè absolutè,
Vasallo breve Testatum, quod est Instrumentum Publicum, 2.
Feud. 2. §. Si autem Investitura. § 25. §. ult. German. ein Lehn-
Brieff/ Investituræ negotium continens, testium subscriptione,
communium secundum BOGER, in tract. suo de Invest. c. 4. n. 68.
& LUDWELL. in Synops. Feud. c. 2. dari solet. Ut autem Instru-
mentum hoc de legitime facta Investitura faciat fidem, videtur de
Jure Feudali necessaria fuisse Parium Curia subscriptione, 2. Feud. 2.
pr. vers. Si enim. § 8. §. 2. vers. Idcirco. & 32. add. ROSENTHAL.
c. 6. concl. 4. Ast Subscriptio hæc Parium hodiè amplius non
adhibetur, sed sufficit Instrumentum Sigillò Domini roboratum
esse, & Parium Curia, qui Interfuerunt, nomina exprimi,
SCHRADER. P. 5. c. 2. n. 12. An verò hæc scriptura sit de essentia
Petitionis Investituræ Renovationis factæ? disputant Feudalists.
Dicendum igitur cum ROSENTH. c. 6. concl. 4. § c. eod. concl. 67.
quod scriptura in Feudis non quidem sit de substantia, nihilomi-
nus tamen Investitura tam nova, quam recognitio cum suis pã-
ris & rei consensibus in Scriptum Publicum redigi solet, & ad id
Dominus Vasallo, sicut contra Vasallus Domino Antapocham
ejusdem argumenti (quæ vulgò Reversalia audiunt, muß von dem
Vasallo ein Revers gegeben werden / daß er der Lehn schuldige Sol-
ge geleistet / und so fort damit gnädigst beliehen worden /) tradere
tenetur. Nec caret hoc Instrumentum sua fide & efficacia, siqui-
dem in controversiis feudalibus plenè probat, ejusque tenori ita
statutur, ut omni Feudorum generi deroget, d. c. l. concl. 67. Hinc
quamvis scriptura non sit simpliciter necessaria, tamen quia homi-
nes sunt mortales ac diarii, ut facilè difficultas probationis ac in-
opia oriri possit, necessum habemus, quò in tali casu ad primam
Investituram ejusque tenorem recurratur, ex eaque deinceps
de toto Feudo judicetur, litesque gliscentes & pendentes deci-
dantur ac sopiantur; ideò hic magis, quam in aliis Jure Civili
pro-

proditis negotiis, veluti pactis, transactionibus, divisione hæreditatis & contractibus requiri scripturam apparet.

CLASSIS VI.

EFFECTUS petitiæ Renovationis Investituræ
CONTINENS.

TH. 1.

Hactenus quid sit Petitiō Renovationis Investituræ, & quomodo ea peragenda, dictum; restat nunc, ut de ipsius effectu nonnihil proferam, qui respectum habet tam ad ipsum Investientem, quam ipsum Investitum. Respectu illius oritur Obligatio (quam svadet natura correlatorum, tritamque illud Germanorum proverbium: *Getreuer Herr / Getreuer Knecht*) ad rem feudalem tradendam; adeo, ut Dominus vel rem actu tradere, vel quod loco traditionis est, pati cogatur, ut Vasallus possessionem ingrediatur & rem occupet, JAN. ab ARCEBUR. *Concl. Feud. c. 3. concl. 5. n. 10.* Et quidem præcisè tenetur Dominus Vasallo rem tradere, nec præstando interesse liberatur, 2. *Feud. 7. §. 1. 26. §. Si facta.* ROSENTHAL. *c. 6. Concl. 6. 7. 8.* SCHNEIDEW. *P. 4. n. 11.* STRUV. *c. 8. aph. 9.* Hinc possessio vacua est tradenda, *d. c. 2. Feud. 7. §. fin.* Est autem vacua possessio, quæ non impedita, nec per alium occupata, sed vacua ab omni impedimento, secundum *Gloß.* & ALVAROTT. *in c. Si facta. 2. Feud. 26.* SCHNEIDEW. *P. 4. n. 11.* Quid si Dominus rei tradendæ facultatem habens sit in morâ? Resp. Tunc præter rem, omnem utilitatem, h. e. omne id, quod interest, rem debitò tempore non traditam esse, præstare Vasallo tenetur, 2. *F. 7. §. fin. junct. l. 21. §. 3. de act. empt.*

TH. 2.

Quò autem actionis genere adversus Dominum reluctan-
tem, aut extraneum possessorem possit experiri Vasallus, est indagandum, & cum Dominus Vasallo, & econtra Vasallus Domino sive ex naturâ contractus, sive ex pactis adjectis sit obligatus, statuendum, dari actionem personalem, scilicet ex
E Con.

Contractu Feudali. Actio autem, quæ Vasallo contra Dominum competit, datur vel de Feudo obligatorie constituto, nondum tamen tradito; vel de Feudo etiam tradito. Priori casu competit Vasallo adversus Dominum actio personalis, quæ cum in Jure Feudali certo nomine non sit condecorata, à Doctoribus Condicio ex moribus appellari solet, seu actio ex lege, vel ex Feudo, quâ Vasallus præcisè agit ad rei traditionem; Posteriori, factâ nempe rei feudalis traditione, competunt Vasallo actiones reales, ut: utilis rei vindicatio, quam OBERTUS 2. Feud. 8. vocat quasi vindicationem, quâ agitur ad hoc, ut Vasallus declaretur verus Dominus, & adversarius possessor, vel qui malâ fide possidere desit, ad ejus restitutionem cum omni causa condemnatur, I S E R N. in §. Rei autem. 2. Feud. 8. Formula libelli potest esse talis:

P. P. Saget Kläger zu Anbringung seiner Klage kürzlich / wie daß Beklagter wieder N. vor etlichen Jahren Schulden halber Klage angestellt / und es so weit bracht / daß er in dessen Lehn-Guth die Hüffe und Immissio erhalten / auch endlich gar dasselbe in solutum angenommen / determinet solches auch noch bis auff letzte Stunde: Weil nun Kläger mit demselben Guthe gleichfalls belehnet / und dasselbe nunmehr nach N. Tode auff ihn / als nächsten Mitbelehnten devolviret und verfället; Und Er in Beklagters Forderung nicht gewilliget / noch solche Schulden unter die Lehn-Schulden zu rechnen: So ist Kläger zu Anstellung dieser Klage wieder Beklagten / weil er ihm sein Lehen vorenthält / bewogen worden: Fordert demnach vom Beklagten richtige und deutliche Antwort / und wenn solche erfolget / bittet er in Dichten zu erkennen und auszusprechen / daß das Lehn-Guth durch N. Todesfall auff Klägers devolviret / dannhero Beklagter dasselbe mit Erstattung aller Nutzung und Unkosten Klägers abzutreten und einzuräumen schuldig.

TH. 3.

Respectu Investiti Dominium utile, Germ. der Nutzhaber Eigenthumb / effektivè in eum transfertur, insimulque ad reverentiam officiorumque præstationem est obligatus, ac ita se gerere

gérere decet erga illos, quorum persona sancta & honesta videri debet, l. 9. ff. de obseq. par. & parr. prest. Et si promissa fidelitatis non persolverit, sed culpæ alicujus, quæ vel in committendo, vel omittendo consistit, Dn. SCHNOB. *Disp. Feud.* 10. th. 5. & seqq. reus fuerit perfidus ac perjurus, 2. *Feud.* 6. in fin. & barbarâ voce Feloniam commississe dicitur, 2. *Feud.* 38. Ex qua poenæ subjugandus, Feudoque tanquam beneficio indignus, dignus autem ejus privatione judicandus est, quæ tamen non ipsò jure, sed per sententiam demùm Judicis irrogatur, 1. *Feud.* 21. §. fin. 1. *Feud.* 22. 2. *Feud.* 57. 2. *Feud.* 24. §. 2. l. 176. ff. de R. J. Et quamvis dentur aliquot casus, v. gr. illicita alienatio; ob quam Feudum dicitur ad Dominum reverti, 2. *Feud.* 55. §. *Callidis.* ad instar Usufructuarii, scilicet jus suum extraneo cedentis, §. fin. *Inst. de Usufr.* l. 66. ff. de *Jure dot.* quibus privatio ipsò fit jure, tamen sententiam Judicis declaratoriam debere accedere, testis est SCHRAEDER. P. 2. P. 9. Sect. 2. n. 14. *Imultis sequentibus.*

TH. 4.

Remedia, quibus Dominus adversus Vasallum de jure experiri poterit, sunt actiones tam personales, quàm reales. Et Personales quidem ad præstandum id, ad quod præstandum Vasallus, vel ex certa conventionione, vel ex speciali Curia consuetudine, vel denique ex generali Feudorum Jure obligatus est. Priori casu Domino actio adversus Vasallum competit ex natura conventionionis, puta, si per stipulationem servitii certa sint promissa, actio ex stipulatu, aut si Dominus rem Feudalem sibi reddi, & feudalem hunc nexum dissolvi malit, conditio causâ datâ causâ non secutâ, 1. *Feud.* 21. Casibus autem posterioribus agitur conditio ex moribus, quàm in *antecedenti ibi* §. 2. actionem ex Feudo indigitavi, quâ vel hoc petitur, ut à Vasallo præstanda præstentur; Et tùm Feudi causâ intacta & integra servetur, aut ut Feudum ad Dominum revertatur, ob Feloniam fortè, aut culpam aliquam commissam. Actio autem realis adversus Vasallum Domino prodita non est, nisi ob Feloni-

soniam commissam, si nempe Renovatio Investituræ legitimè non
suecit petita, cujus libellus ita formari poterit :

P. P. Saget Kläger / daß er zwar der Beklagten Vater / und
dessen Lehn Erben das Ritterguth N. mit dessen Pertinenti-
en in Lehn gegeben / daß er und dieselbe auff alle begehende Lehns-
Fälle der Lehen Folge leisten sollen : Weil nun Beklagte solches
noch ihres Vatern Tode nicht gethan / und also Klägern solches
Guth anheim gefallen ; Als hat er / indem Beklagte in Güte sich
nicht bequemen wollen / nicht vordrey gekunt / Klage anzustellen :
Und fordert demnach deshalben richtige und vollständige Antwort :
bittet auch zu erkennen und auszusprechen / daß Beklagte Klägern
das libellirte Guth cum fructibus perceptis & percipiendis abzutre-
ten / und die verursachten Schäden und Unkosten zu erstatten schut-
dig. Desuper nobiliss. Jud. off. implor.

Salvo Jure &c.

Habes nunc B. L. quæ de Petitione Renovatōis Investitu-
ræ angulis hinc pagellis includi potuerunt. Quod si non o-
mnia accuratè enumerata, nec pro dignitate materiæ elaborata,
cum acutissimo BACHOVIO ad Treuil. Vol. 2. Diss. 27. tb. 5.
in fin. precor veniam. Tibi interim, TRIUNE DEUS,
pro præstito in hoc cursu auxilio sit laus,
honor & gloria !





INVESTITURAM qui quis renovare tenetur,
Differis, atque novo sic renovare modo.
Hinc ubi verna novo renovantur tempora flore,
Tempora docta novo floris honore tument.

*Nobili ac Clariss. Dn. DOCTORANDO
hiscæ animitus gratulat.*

JOHANN-HERMANNUS à SODE,
J.C.tus ac Rector perantiquæ Hiera-
næ, nec non Eminentiss. Elector. Mogun-
tin. Consiliarius &c.

Æquum jus aliis statuens utatur eodem
æqui iudicio, regula Juris habet.
Hinc Tibi, qui confers aliis condigna laborum
præmia, REUSINGI, Laurea digna datur.

*Hiscæ gratulatur Juris scientiâ & experientiâ
Clarissimo Dno JOANNI REUSIN-
GIO, Doctorando*

GEREON MOLITORIS, D.
& Facultatis Juridicæ Gera-
næ p. t. Decanus & Senior.

Quod navant **E**QUITES bello præstrenua facta,
Investiturâ regia feuda ferunt.

E 3


Tu

Tu gratis Musæ, REUSINGI, castra sequeris?
Mitræ purpureæ jam parat alma Themis.

*Salutis omnigenæ omina
sincere precatur*

*NOBILISS. AC CLARISS. DNO DOCTORANDO U. J. Sc.
Amico ac Commensali suo honoratissimo,*

JOHAN HENRICH Mejer / P. P.

 Reich jetzt da der Gallen: König Land und Leuthe
dahin reißt /

Und durch Macht des Kriegs: Donners / manches
Gut darnieder schmeißt:

Hat JHM Themis all Ihr Gut / in dem Parnas-
zugewendet /

Weil Er Ihr bey Tag als Nacht / seine Sinnen hatt
verpfändet.

Drumb nach Arten der Vasallen / Er in gutem Muthe
muth' /

Weiß darbey / wie auch ein ander suchen soll sein Lehn
und Guth;

Gott Apollo giebt Jhms Lehn: Alle Neune schrey'n
und preisen /

Wie Er soll Licentiat, und dann folgend's Doctor,
heissen.

*Mit welchen wenigen seinem Hochge-
ehrtesten Herrn Schwager glück-
wünschend bedienen sollen*

Gottfriedt Sorgenfrey / Pfarrer
in Seebach / und bey der Churfürstl.
Sächs. Inspection Lännsstadt Ad-
junctus.

PRÆ-

FRÆNOBILIS, CLARISSIME,
ET CONSULTISSIME

DOMINE REUSINGI,

J. U. D^{DE},

COGNATE AC CONTERRANEE SVA-
VISSIME, FAUTOR ATQUE AMICE
NUNQUAM NON COLENDE.

Amicitia, quæ non solum à primis incunabilis
à nobis ipsis quàm feliciter inchoata, successu
temporis sincerimè propagata, & in hoc tem-
poris momentum integerrimè conservata, sed &
quam nostri Parentes inter se coluerunt, adeò, ut
neque tempus, neque occasionem præterlabi pate-
rentur, quin alter alteri donaret strena, me simu-
lat allicitque, ut Tibi, COGNATE OPTIME, votò,
licet tenui, tamen ex intimo cordis recessu profe-
cto obviam eam; Et quidem non immeritò! Quid
enim in hisce terris alicui potest jucundius accide-
re, quàm videre, intimum amicorum summos in u-
troque Jure honores, & à Justitia ipsa Laurò coro-
nari? Ipsa enim hic gerit vicem Domini Feudi, &
Tu, CONTERRANEE DILECTISSIME, tanquam
Ipsius Vasallus obedientissimus ejus thronum acce-
dis, humillimeque ab ea Feudi Investituram petis,
Ipsa Investituram Tibi non denegat, sed illam abs-
que omni exceptione in hac Illustri HIERANÀ Tibi
quàm promptissimè confert, & hæc est causa,
quare

quare exclamationi huic totus incumbam : Vivat.
novus Justitiæ Vasallus ! Quò votò concludo, & Tuæ
dexteritati me meaque commendo , æternùm per-
severans

NOBILITATIS TUÆ

*Dabam è Museo
d. 18. Maji 1677.*

devotissimus

BALTHASAR Hanneman /
Jur. Stud. m.m.

PRæmia pro meritis , dum jam pretiumq; laborum
Accipit, hinc meritò vota feruntur ei.
Quapropter solitò nos & gratamur honores
Atque precamur ei prospera cuncta simul.

*Sic Prænobili atque Clarissimo Dno Do-
CTORANDO cordicitis congra-
tulantur Ipsi*


COMMENSALES.

F I N I S.



(X2618056)





4250

25
6

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE

**PETITIONE
RENOVATIONIS
INVESTITURÆ,**

Vulgo
Von der
Lehns-Simmung oder Lehns-Neuthung/

QVAM
FAUENTE DEO,
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS DECRETO & AUTORITATE,

In
Antiquissima, nunc resflorescente Electorali Universitate HIERANA.

JOHANNES Reusing /
GRIMA - MISN.

Pro
SUMMIS IN UTROQ; JURE HONORIBUS
ac PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS ritè consequendis
IN COLLEGIO COELICO BASILICÆ MARIANÆ CONTIGUO
Die 21. (31.) Maji hbris consuetis
Publico ERUDITORUM Examine

Submittit
RESPONDENTE
CHRISTIANO Köslau /
MARTISB.

ERFURTI, Typis KIRSCHIANIS.
M. DC. LXXVII.

12. 10. 18

